

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Liber quintus: Ad Q. Metellum et alios

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

mihi intra meos parietes tutum, nihil infidiis vacuum viderem, novarum me necessitudinum fidelitate contra veterem perfidiam, muniendum putavi. Sed de nostris rebus satis, etiam nimium multa. De tuis velim, ut eos sis animo, quo debes esse. id est, ut ne quid tibi precipue timendum putes. Si enim status erit aliquis civitatis: quicumque erit, te omnium periculorum video experem fore. Nam alteros tibi jam placatos esse intelligo: alteros numquam iratos fuisse. De mea aut in te voluntate sic velim iudices, me, quibuscumque rebus opus esse intelligebam: quamquam videam, qui sim hoc tempore, & quid possim: opera tamen & consilio, studio quidem certe, et rei, fama, salutis praesto futurum. Tu velim & quid agas, & quid acturum te putes, facias me quam diligentissime certiore. Vale.

1. *Rei, fama, salutis.*) Galiel ex vestigiis codicis Stevv. conjectabat rei familiari ac salutis: supra ep. 7. *Habemus etiam rationem rei familiaris exa.* sed non video causam, cur vulgata omnibus mss. patrocinantibus ejici debeat.

2. *Id hoc scire.*) Vulgò sciebam, sed illud o. Pall. Grut. Stevv. prisca

ARG. *Horatius ut communem fortunam fortiter ferat.*
M. T. C. S. D. C. N. PLANCIO.

Accepi perbreves tuas litteras, quibus id, quod scire cupiebam, cognoscere non potui: cognovi autem id, quod mihi dubium non fuit, nam quam fortiter serres communitis miserias non intellexi: quam me amares, facile perspexi: sed hoc scieram. illud si scissem, ad id meas litteras accommodavissim. Sed tamen etsi antea scripsi, quae existimavi scribi oportere: tamen hoc tempore breviter commonendum putavi, ne quo periculo te proprio existimares esse: in magno omnes, sed tamen in communi sumus. Quare non debes aut propriam fortunam, & precipuam postulare, aut communem recusare. Quapropter eo animo finis inter nos, quo semper fuimus. Quod de te sperare, de me praestare possum. Vale.

editio ac Viçt. Orsum epistolae mire alternant nostri libri. Pall. sec. *Accepi perbreves tuas epistulas.* Pall. tert. Grut. *Accepit per breves.*

3. *Qua existimavi scribi oportere.* Ita edidit Victorius, neque aliter est in editione principis, Pall. o. Gruter. Lambinus homo omnium vanissimus ne videatur à Victorio accepisse, in sevit tibi scribis, vulgò si scire

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLARUM
AD
FAMILIAREIS
LIBER QUINTVS.
AD
Q. METELLVM, ET ALIOS.

ARG. *Conqueritur Metellus Celer fratrem Metellum Nepotem à Cicerone oppugnatum.*

Q. METELLVS, Q. F. CELER, PROCOS.
S. D. M. T. CICERONI.



I vales, bene est. Existimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, et nec absentem ludibrio laesum iri, nec Metellum fratrem ob dictum capite, ac fortunis per te oppugnatum iri, quem si parum pudor ipsius defendebat: debebat vel familiae nostrae dignitas, vel meum studium erga vos, remque publicam, satis sublevare. Nunc video illum circumventum: me desertum, à quibus minimè conveniebat. Itaque in luctu, & squalore sum, qui provinciae, qui exercitui praesum, qui bellum gero, quae quoniam nec ratione, nec majorum nostrum clementia administrastis, non e-

rit mirandum, si vos poenitebit. Te tam mobili in me meosque esse animo non sperabam. Me interea nec domesticus dolor, nec cujusquam injuria à republ. abducat. Vale.

ARG. *Respondet epistola superiori Metelli.*

M. T. M. F. C. Q. METELLO Q. F. CELERI,
PROCOS. S. D.

I tu, exercitusque valetis, bene est. Scribis ad me, te existimasse, pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, numquam te à me ludibrio laesum iri. Quod cujusmodi sit, satis intelligere non possum: sed tamen suspicor, ad te esse allatum, me in senatu, cum disputarem, permultos esse, qui republ. à me conservatam dolerent, dixisse: à te propinquos tuos, quibus negare non potuisses, impetrasse, ut ea, quae statuisses tibi in senatu de mea laude esse dicenda, reciteres. Quod cum dicerem, illud ad junxi:

1. *Nec absentem ludibrio laesum iri.* Ita prisca editio ac Victorii: neque aliter quinque Pall. Gruterianus, vulgò, neque me absentem iud.

2. *Nec majorum nostrum clementia administrastis.* Sic tres Galiel. libri: sic Pall. pr. tert. Grut. Vatican. quorum consensum non sequi irreligiosum esset, vulgò *administrastis.*

adunxi: mihi tecum ita disperitum officium fuisse in reip. salute retinenda, ut ego urbem à domesticis infidiis, & ab intestina scelere: tu Italiam & ab armatis hostibus, & ab occulta conjuratione defenderes: atque hanc nostram tantam, & tam præclaram muneris sollicitatem, à tuis propinquis labefactam: qui, cum tu à me rebus amplissimis, atque honorificentissimis, ornatus esses, timuissent, ne qua mihi pars abs te voluntatis mutua tribueretur. Hoc in sermone, cum à me exponeretur, quæ mea expectatio fuisset orationis tuæ, & quantoque more meo versatus essem: visa est oratio non injucunda: & mediocri quidam est risus consecutus, non in te, sed magis in morem meum, & quod me abs te cupisse laudari, apertè atque ingenuè confitebar. Jam hoc non potest in te non honorifice esse dictum, me in clarissimis meis, atque amplissimis rebus, tamen aliquod testimonium tuæ vocis habere voluisse. Quod autem ita scribis, PRO MUTUO INTER NOS ANIMO: quid tu existimes esse in amicitia mutuum, nescio. Equidem hoc arbitror, cum par voluntas accipitur, & redditur. Ego, si hoc dicam, me tua causa prætermisisse provinciam: tibi ipse levior videar esse. mea enim rationes ita tolerant: atque ejus me consilii majorem in dies singulos fructum, voluptatemque capio. Illud dico, me, ut primum in concione provinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare coepisse. Nihil dico de sortitione vestra: tantum te suspicari volo, nihil in ea re per collegam meum, me insciente, esse factum. Recordare cetera: quam cito senatus illo die, facta sortitione, coegerim: quam multa de te verba fecerim, cum tu ipse mihi dixisti, orationem meam non solum in te honorificam, sed etiam in collegas tuos contumeliosam fuisse. Jam illud S. C. quod eo die factum est, ea præscriptione est, ut, dum id existabit, officium meum in te obsecrum esse non possit. Postea vero, quam profectus es, velim recordere, quæ ego de te in senatu egerim: quæ in concionibus dixerim, quas ad telitteras miserim: Quæ cum omnia collegeris: tu ipse velim judices, satisne videatur his omnibus rebus tuus adventus, & cum proximè Romam venisti, mutuo respondisse. Quod scribis, de reconciliata nostra gratia: non intelligo, cur reconciliatam esse dicas, quæ numquam immutata est. Quod scribis, non oportuisse Metellum fratrem tuum ob dictum à me oppugnari: primum, hoc velim existimes, animum mihi idum tuum vehementer probari: & fraternam plenam humanitatis ac pietatis voluntatem: deinde, si qua ego in te fratri tuo, & reip. causa, resistere, ut mihi ignoscas, tam enim sum amicus reip. quam qui maxime. Si verò meam salutem contra illius impetum in me crudelissimum defenderim: satis habeas, nihil me etiam tecum de tui fratris injuria conqueri. Quem ego cum compertissem omnem sui tribunatus conatum in meam perniciem parare, atque meditari: egi cum Claudia, uxore tua, & cum vestra sorore Mucia, cujus erga me studium pro Cn. Pompeji necessitudine, multis in rebus perspexeram: ut eum; ab illa injuria deterrerent. Atque ille, quod te audisse credo, pridie Kal. Januar. qua injuria nemo s. um-

quam in aliquo magistratu improbissimus civis affectus est, ea me consulem affectit, cum temp. conservassem: atque abeuntem magistratu concionis habendæ potestate privavit: cuius injuria mihi honori summo fuit. Nam cum ille mihi nihil, nisi ut jurarem, permitteret: magna voce juravi verissimum, pulcherrimumque jusjurandum: quod populus idem magna voce me verè jurasse juravit. Hac accepta tam insigni injuria, tamen illo ipso die mihi ad Metellum communis amicos, qui agerent cum eo, ut de illa mente desisteret. quibus ille respondit, sibi non esse integrum. etenim paulo ante in concione dixerat, ei, qui in alios animadvertisset indicta causa, & dicendi ipsi potestatem fieri non oportere. Hominem gravem, & civem egregium: qui, qua pœnis senatus confensio bonorum omnium, eos affecerat, qui urbem incendere, & magistratus, ac senatum trucidare, bellum maximum consistere voluissent, eadem dignum judicaret eum, qui curiam eade, urbem incendiis, Italiam bello liberasset. Itaque ego Metello, fratri tuo, præsentem restiti. Nam in senatu Kal. Jan. sic cum eo de republ. disputavi, ut sentiret, sibi cum viro forti, & constanti esse pugnandum. Ad tertium Non. Januar. cum agere coepisset, tertio quoque verbo orationis suæ me appellabat, mihi minabatur, neque illi quidquam deliberatius fuit, quam me, quacumque ratione posset, non judicio, neque disceptatione, sed vi, atque impressione evertere. Hujus ego temeritatis si virtute, atque animo non resistissem: quis esset, qui me in consulari non casu potius existimaret, quam consilio fortem fuisse? Hæc si tu Metellum cogitare de me nescisti, debes existimare, te maximis de rebus à fratre esse celatum: sin autem aliquid impertivit tibi sui consilii, lenis à te, & facilis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expoñentem. Et, si intelligis, non me dicto Metelli, ut scribis, sed consilio ejus, animoque in me inimicissimo esse commotum: cognosce nunc humanitatem meam: si humanitas appellanda est in acerbissima injuria remissio animi, ac dissolutio. Nulla est à me umquam sententia dicta in fratrem tuum, quotiescumque aliquid est actum, sedens iis assensu, qui mihi lenissimè sentire vult sunt. Adde & illud etiam, quod jam ego curare non debui, sed tamen fieri non molestè tuli: atque etiam, ut ita fieret, pro mea parte adjuvi, ut senaticonsulto meus inimicus, quia tuus frater erat, sublevaretur. Quare non ego oppugnavi fratrem tuum, sed fratri tuo repugnavi: nec in te, ut scribis, animo sui mobili: sed ita stabili, ut in mea erga te voluntate, etiam desertus ab officiis tuis, permanerem. Atque, hoc ipso tempore tibi prædè minitanti nobis per litteras, hoc rescribo, atque respondeo: Ego dolori tuo non solum ignosco, sed summam etiam laudem tribuo. meus enim me sensus, quanta vis fraterni sit amoris, admonet. A te peto, ut tu quoque, æquum te judicem dolori meo præbeas: si acerbè, si crudeliter, si sine causa sum à tuis oppugnatus, ut statuas, mihi non modò non cedendum, sed etiam tuo, atque exercitus tui auxilio, & in ejusmodi causa, utendum fuisse. Ego te mihi semper amicum esse volui: & me ut tibi amicitium

Z z m m m

1. Quantoque more versatus essem. Ita habent o. Pall. Grut. Stevv. Vid. tamen quantumque in urbe versatus: & paulo post, si magis in urbe rem meam.
 2. Cum proximè Romam venisti, mutuo respondisse. Hanc lectionem jure prætori ex Pall. sec. quart. quæ. Vas. Editione V. & vulgò interpolatè mutas: sic quoque, ex Stevv. Vas. ac Pall. emendandam infra Ep. 7. §. quando sit mutuo respondisse, ubi etiam mutuo vulgarior.
 3. Que æquamquam immutata est. Med. (ut adnotat Egnat.) Immutata est. & hic & multis partibus locis simili exemplo colligit vocalibus: prout in metro, quod admittit Lamb. unquam non novitatis stud. sed ut eadem curamque est in o. Pall. (s. ut quod quartæ primorem syllabam truncat, immutata est) Gr. Stevv. Vas. editionibus melioribus, ac omnium principe Veneta, sique ipse Cicero Ep. 3. ad C. Antonium: aliquod de utraque conditione immutatum esse ostenderem. vulgo male: qua nunquam immutata est.
 4. Reip. causam resistere, ne mihi ignoscas. Iterum intruderunt corre-

ctores (sen prædagoi illi fuerunt, resistere, prout mihi ego. quod abest ab editione primaria, Victoris Pall. o. Gr. Peck. Vas.
 5. Ab illa injuria deterrerent. Sic plerique Pall. Grut. Stevv. Vas. nisi quod in Pall. sec. & editione principis, deterrerent, qualiter & in quint. fuisse apparet, aut deterrerent, ad marginem præbentur. vulgo deterrerent.
 6. Vagantem aliquo magistratu. Sic omnes m. tam Pall. quam Gul. consulti, nec video cur accedam illi emendantibus in m. m. m. magistratu. Vult in anas magis, atque quia in Mediceo erat, in animo mag.
 7. Dicendi ipsi potestatem fieri non oportere. Pall. sec. ad dicendum ipsi, quæ vergunt pr. & stat. ad dicendi. Pall. sec. ad dicendi. quart. quæ. ad dicendi. & ad dicendi. Nihil hic innovo.
 8. In ejusmodi causa utendum fuisse. Et hic nihil mutò, licet Pall. quæ. Grut. Stevv. Peck. sicut xij. Libri Manutii habeant: tandem, Pall. quæ. immutatum.

mum esse intelligeres, laboravi. maneo in voluntate. & quoad voles tu. permanebo. citiusque amore tui fratris suum odisse definam, quam illius odio quidquam de nostra benivolentia detraham. Vale.

ARG. Molestè se ferre ait à suis & à Cicero concionibus onerari. De suis rebus se scripsisse ait. Amoris conversationem petiit.

Q. METELLUS NÉP. S. D. M. T. C.

OMINIS importunissimi contumelia, quibus crebris concionibus me onerat, tuis erga me officiis leniuntur; & ut sunt leves ab ejusmodi homine, à me despiciuntur: libentique commutata persona, te mihi fratris loco esse duco. De illo ne meminisse quidem volo: tamen tibi bis eum invitum servavi. 2 De meis rebus, ne vobis multitudine litterarum molestior essem, ad Lolium perscripsi: de rationibus provinciarum quid vellem fieri, ut is vos doceret, & commonefaceret. Si poteris, vclim pristinam tuam erga me voluntatem conserves. Vale.

ARG. Exul auxilium implorat Metelli Consulis.

M. C. S. D. Q. METELLO NEPOTI COS.

LITTERAE Q. fratris, & T. Pomponii, necessarii mei, tantum spei dederant, ut in te non minus auxilii, quam in tuo collega mihi constitutum fuerit. Itaque litteras ad te statim misi: per quas, ut fortuna postulabat, & gratias tibi egi, & de reliquo tempore auxilium petii. Postea mihi non tam meorum litterarum, quam sermones eorum, qui hæc iter faciebant, animum tuum immutatum significabant. quæ res fecit, ut tibi litteris obstreperere non auderem. Nunc mihi Quintus frater meus mitissimam tuam orationem, quam in senatu habuisses, perscripsit: qua inductus, ad te scribere sum conatus, & abs te, quantum tua fert voluntas, peto, quæsoque, 4 ut tuos mecum serves potius, quam propter arrogantem crudelitatem tuorum me oppugnes. Tu, tuas inimicitias ut reip. donares, te vicisti; alienas ut contra temp. confirmes, adducis? Quod si mihi tua clementia opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua potestate, tibi confirmo. si mihi neque magistratum, neque senatum, neque populum auxiliari, præter eam vim, quæ me cum rep. vicit, licebit: vide, ne, cum velis revocare tempus omnium reservandorum, cum, qui servetur, non erit, non possis. Vale.

ARG. Ingratitudinem aspergit Antonio: operam pollicetur. Atticum commendat.

M. C. S. D. C. ANTONIO, M. F. IMPERATORI.

ES si stateram nullas ad te litteras mittere, nisi commendatitias, non quod eas intelligerem satis apud te valere: sed ne tuis, qui me rogarent, aliquid de nostra conjunctione imminutum esse ostenderem: tamen, cum T. Pomponius, homo omnium meorum in te studiorum, & officiorum maxime conscius, tui cupidus, nostri amatissimus, ad te proficisceretur, aliquid mihi scribendum putavi: præsertim cum aliter ipsi Pomponio satisfacere non possem. Ego si abs te summa officia desiderem, mirum

nemini videri debeat. omnia enim à me in te profecta sunt, quæ ad tuum commodum, quæ ad honorem, quæ ad dignitatem pertinerent. Pro his rebus & nullam mihi abs te relatam esse gratiam, tu es optimus testis. Contra etiam esse aliquid abs te profectum, ex multis audivi. nam comperisse me, non audeo dicere, ne forte id ipsum verbum ponam, quod abs te ajunt falsò in me solere conferri. Sed ea, quæ ad me delata sunt, malo te ex Pomponio, cui non minus molesta fuerunt, quam ex meis litteris, cognoscere. Meus in te animus quàm singulari officio fuerit, & senatus, & populus R. testis est. Tu quàm gratus erga me fueris, ipse existimare potes. quantum mihi debeas, ceteri existimant. ego quæ tua causa antea feci, voluntate sum adductus, posteaque constantia. Sed reliqua, mihi crede, multo majus meum studium, majoremque gravitatem, & laborem desiderant. Quæ ego si non profundere, ac perdere, videbor: omnibus meis viribus sustinebo. si autem ingrata esse sentiam: non committam, ut tibi ipse insanire videar. Ea quæ sint, & cujusmodi, poteris ex Pomponio cognoscere. atque ipsum tibi Pomponium ita commendò, ut, quamquam ipsius causa confido te facturum esse omnia: tamen abs te hoc petam, ut, si quid in te residet amoris erga me, id omne in Pomponii negotio ostendas. Hoc mihi nihil gratius facere potes. Vale.

ARG. Operam in eo adhibitam ne Sextio succederetur quaestori Antonii in Macedonia, exponit. De domo à seempta locum quibusdam adjuvanti scribit. De aditu Sextii. De Antonio a se defenso, crebras litteras exposcit.

M. C. S. D. P. SEXTIO L. F. PROQUESTORI.

CUM ad me Decius, librarius, venisset, egissetque mecum, ut operam darem, ne tibi hoc tempore succederetur: quamquam illum hominem frugi, & tibi amicum existimabam, tamen, quòd memoria tenebam, cujusmodi ad me litteras antea misisses, non satis credidi homini prudenti, tam valde esse mutaram voluntatem tuam. sed postea, quàm & Cornelia tua Terentiam convenit, & ego cum Q. Cornelio locutus sum: adhibui diligentiam, quotiescumque senatus fuit, ut adesset, plurimumque in eo negotii habui, ut Q. Fulvium, tribunum pl. & ceteros, ad quos tu scripseras, cogere potius mihi credere, quam tuis litteris. Omnino res tota in mensem Januarium rejecta erat, sed facile obtinebatur. Ego me gratulatione commotus, quod ad me pridem scripseras, velle te bene venire, quòd de Crasso domum emissem: 7 emi eam ipsam domum xxxv, aliquantò post tuam gratulationem. Itaque nunc me scito tantum habere aris alieni, ut cupiam conjurare, si quisquam recipiat, sed partim odio induti, me excludunt, & aperte vindicem conjurationis oderunt: partim non credunt, & à me insidias metuunt. nec putant ei nummos deesse posse, qui ex obsidione hæneratores exemerit. 9 Omnino semisibus magna copia est. ego autem meis rebus gestis hoc sum asecutus, 10 ut bonum nomen existimer. Domum tuam, atque ædificationem omnem perpexi,

1. De ut tibi amicis sumum esse intelligeres. Non placet, quod est in Stev. Grut. pall. cert. me autem tibi amicis sumum esse laudari.
2. Ut sunt leves ab ejusmodi homine. Sic ex Med. cod. edidit V. & sicque est in Var. aliis, ut sunt leves ejusmodi homines. porro paullo statim. To hic insitiantur pall. cert. quare. quint. Grut. Stev.
3. De meis rebus. Restat in omnibus nostris nisi item editio V. & alii de meis rebus. paullo post ad Lolium perscripsi, legunt Pall. pr. tert. Stev. unde suspicatur verum esse posse Gulielm. ad Lolium orationem scripsi. & ex parte secundum scripsi.
4. Ad te scribere sum conatus. Ita reperi in pall. pr. quint. Var. editio V. & Stev. tamen, quæ ad te scribere sum conatus: paullo ante pal. pr. tert. quint. Grut. Stev. in senatu non habuisses familiare jam. ex notatione Doctorum, Cicero: quod tamen hæc non introduxit. contentus animadevertisse.
5. Ut tuos mecum serves potius. Ita reperi præter V. & ac Manut. editionem in quinque pall. Grut. Stev. vulgò: ut tu me, conserves potius.
6. Non quia eas intelligerem. Sic pall. pr. fac. quart. quint. sic duo Gul. alii quæd. non hæterno, sed hoc potius duxi. Ch. tantum censensum.

7. Nullum mihi abs te relatam esse gratiam. Val. pr. Grut. restituit: sed causa, quod scriptum erat [sicut in pal. sec. restituit] hujus mutationis: illud me mirum habet. prætere quartum videtur tam.
8. Eam eam ipsam domum xxxv. Sic voluit prudentissimus V. & sic nos, quia sic scriptum reperimus in quinque pall. in primo ac tert. ante numerum non nihil. Inerti erat relictum, significando aliquid deesse. Lamb. ex voluntate Budæ: edidit emi eam ipsam domum et inerte quinquies. LLS porro, ipsam expungitur in pal. tert. Grut. Stev.
9. Si quisquam recipiat. Hoc est in quatuor pall. Grut. Stev. nam pall. quint. si qui recipiat, non ablonet. Val. si quisquam recipiat. omnes melius quam vulgò, si quis me recipit.
10. Omnino semisibus magna copia est. Sic Victor. quia erat in suis, quemadmodum est in pall. quatuor, Grut. omni semisibus, quod præbavit Hermolaus Barbarus & secutus est. Ism quia eam sic reperit Man. in Thomæ Leonici lib. visaturque in Var. omnis dubitationis alea tollenda est. vulgò: Hominis semisibus magna copia est.
11. Ut bonum nomen existimer. qui hoc non ceperunt, iscularunt. etiam adeptus contra. m. & libros. 1. 576.

perspexi, & vehementer probavi. Antonium, etsi ejus in me officia omnes desiderant: tamen in senatu gravissimè, ac diligentissimè defendi, senatumque vehementer oratione mea, atque auctoritate commovi. Tu ad me velim litteras cœribus mittas. Vale.

ARG. Gratulatur Pompejo Mithridatem victum, con-
queritur; quod de conjuratione Catiline sibi frigidè gratulatus es-
set.

M. T. M. F. CICERO, S. D. CN. POMPEJO
CN. F. MAGNO, IMPERATORI.

S T. E. Q. V. B. E. E. V. Ex litteris tuis, quas publicè
7 misisti, cepi unam cum omnibus incredibilem volu-
pratem. tantam enim spem orti ostendisti, quantum ego
semper omnibus, te uno fretus, pollicebar. Sed hoc scito,
tuos veteres hostes, novos amicos, vehementer litteris
periculosos, atque ex magna spe turbatos, jacere. Ad me
autem litteras, quas misisti, quamquam exiguam signifi-
cationem tuæ erga me voluntatis habebant, tamen mihi
sicuti jucundas fuisse, nulla enim te tam laxari soleo, quam
meorum officiorum conscientia: quibus si quando non
mutue responderet, apud me plus officii residere facillimè
patior. Illud non dubito, quin, si te mea summa erga te
studia parum mihi adjunxerint, resp. non inter nos concilia-
tura, conjuncturaque sit. Ac, ne ignores, quid ego in
tuis litteris desiderarim: scribam aperte, sicut & mea natura,
& nostra amicitia postulat. Res eas gessi, quarum
aliquam in tuis litteris, & nostræ necessitudinis, & reip.
causa, gratulationem expectavi: quam ego abs te prætermis-
sam esse arbitror; 2 quod vererè, ne cujus animum
offenderes. sed scito, ea, quæ nos pro salute patriæ gessi-
mus, orbis terræ iudicio, ac testimonio comprobari.
Quæ, cum veneris, tanto consilio, tantaque animi magni-
tudine à me gesta esse cognosces, ut tibi multò majori,
quam Africanus 3 fuit, tamen non multò minorem, quam
Lælium, facile & in rep. & in amicitia, adjunctum esse
patiari, Vale.

ARG. Officium suum Crasso pollicetur.

M. T. C. M. LICINIO P. F. CRASSO S. D.

Q uantum meum studium existerit dignitatis tuæ, vel
tuendæ, vel etiam augendæ, non dubito, quin ad te
omnes tui scripserint. Non enim fuit, aut mediocre, aut
obscurum, aut ejusmodi, quod silentio possit præteriri.
Nam & cum consulis, & cum multis consularibus tanta
contentione decertavi, quanta nunquam antea ullà in
causa, suscipere mihi perpetuam propugnationem pro om-
nibus ornamentis tuis: veterique nostræ necessitudini
jamdiu debjrum, sed multa varietate temporum interru-
ptum, officium cumulata reddidi. Neque mehercule um-
quam mihi tui, aut colendi, aut ornandi voluntas defuit:
sed quædam pestes hominum, laude aliena dolentium, &
te nonnumquam à me alienarunt, & me aliquando im-

mutarunt tibi. Sed existit tempus optatum mihi magis,
quam speratum, ut, florentissimis tuis rebus, mea perspicui
posset, & memoria nostræ voluntatis, & amicitia fides.
Sum enim consecutus, non modò ut domus tua tota, sed
ut cuncta civitas me tibi amicissimum esse cognosceret.
Itaque & præstantissima omnium foeminarum, uxor tua,
& eximia pietate, virtute, gratia, tui Crassi: meis consiliis,
monitis, studiis, actionibusque nituntur; & senatus, po-
pulusque Romanus intelligit, tibi absenti nihil esse tam
promptum, aut tam paratum, quam in omnibus rebus, quæ
ad te pertineant, operam, curam, diligentiam, auctorita-
tem meam. Quæ sint acta, quæque agantur, domestico-
rum tibi litteris declarari puto. De me sic existimes, ac
tibi persuadeas vehementer velim, non me repentina ali-
qua voluntate, aut fortuito, ad tuam amplitudinem meis
officiis amplectendam incidisse: sed, ut primum forum
attigerim, inspectasse semper, ut tibi possem quam maximè
esse conjunctus. Quo quidem ex tempore, memoria te-
neo neque meam tibi observantiam, neque mihi tuam
summam benivolentiam, ac liberalitatem defuisse. 4 Si
quæ interciderunt, non tam re, quam suspitione violata:
ea cum fuerint & falsa & inania, sint evulsa ex omni me-
moria, vitaque nostra. Is enim tu vir es, & eum me esse
cupio, ut, quoniam in eadem reipubl. tempora incidi-
mus, conjunctionem, amicitiamque nostram utrique
nostrum laudi sperem fore. Quamobrem tu, quantum
tuo iudicio tribuendum esse nobis putes, statues ipse: ut
spero, statues ex nostra dignitate. Ego verò tibi profiteor
atque polliceor eximium, & singulare meum studium in
omni genere officii, quod ad honestatem, & gloriam tuam
spectet. in quo, etiam si multi mecum contendunt, tamen
cum reliquis omnibus, tum Crassis tuis iudicibus, omnem
facile superabo: quos quidem ego ambo unice diligo: sed
in Marco benivolentia impari. hoc magis sum Publio
deditus, quod me, quamquam à pueritia sua semper, ta-
men hoc tempore maximè, sicut alteram parentem, &
observat, & diligit. Has litteras velim existimes: de-
bituras esse vim, non epistolæ, meque ea, quæ tibi pro-
mitto, ac recipio, 5 sanctissimè esse observaturum, dili-
gentissimeque esse facturum. Quæ à me suscepta defen-
sio est, te absente, dignitatis tuæ: in ea jam ego, non
solum amicitia nostræ, sed etiam constantia mea causa,
permanebo. Quamobrem satis esse hoc tempore arbi-
tratus sum, hoc ad te scribere: me, si quid ipse intelli-
gerem, aut ad voluntatem, aut ad commodum, aut ad
amplitudinem tuam pertinere, mea sponte id esse factu-
rum: sin autem quippiam aut à te essem admonitus, aut
à tuis, effecturam, ut intelligeres, nihil neque te scripsis-
se, neque quemquam tuorum frustra ad me detulisse.
Quamobrem velim ita & ipse ad me scribas de omnibus
minimis, maximis, mediocribusque rebus, ut ad homi-
nem amicissimum: & tuis præcipias, ut opera, consilio,
auctoritate, gratia mea licuantur in omnibus, publicis,
privatis, forensibus, domesticis, tuis, amicorum, ho-
spitum, clientium tuorum negotiis: ut, quoad ejus fie-
ri possit, præsentia tuæ desiderium meo labore minuatur.
Vale.

Zz 2

ARG.

1. S. T. E. Q. V. B. E. E. V. Istud malui cum Vict. ac Lamb. quam ex-
gressis verbis. Sed quod miseris, pall. pr. quart. quint. representant, si
tibi inquitando vis, bene est: ex ignorantia ac falsa interpretatione li-
terarum Capitalium; quippe vult: Si tu exortatio que dicitur, bene est ego
vult.

2. Quod verè est, cum enim animum off. Ita Vict. editio, pall. pr. sec. Grut.
Var. nam pall. tert. Stev. vultus vulgo verè est.

3. Fuit, tamen non multa minorem, quam Lælium facile (in rep.). Scripsi
auctoritate Vict. ac Var. codicis, nam in omnibus pall. & Grutes non

tamen, sed Lælium non Lælium idem omnes: ceterum tibi ex eorundem
omnium consensu egeri.

4. Si qua intercederent non tam re, quam suspitione violata. Sic pall. pr.
quart. quint. Var. Vict. editio, vulgo: Si qua intercederent non tam re, quam suspitione violata.

5. Sanctissimè esse observaturum, diligentissimeque esse facturum. Sic pall.
pr. sec. quint. Var. Grut. editio Vict. editio: nec tamen displicet pall. quart.
& Stev. vult. scriptura: sanctissimè esse observaturum diligentissimeque esse factum.

¶ ARG. *Patris absentem defendi. De litteris ad Senatum. De anagnina Ciceronis fugitivo scribis utamur se à Cicrone petis.*

I. VATINIUS IMP. CICERONI SUO
S. D.

S. V. B. E. V. Si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis servas: P. Vatinius cliens advenit, qui pro se causam dicere vult. Non, puto, repudiabis in honore, quem in periculo recepisti. Ego autem, quem potius adoptem, aut invocem, quam illum, quo defendente, vincere didici? An verear, ne, qui potentissimorum hominum conspirationem neglexerit pro mea salute, is pro honore meo, pusillorum ac malivolorum obtestationes & invidias non proferat, atque obterat? Quare, si me, sicut soles, amas, suscipe me totum: atque hoc, quidquid est oneris ac muneris, pro mea dignitate tibi tradendum ac sustinendum puta. Scis meam fortunam, nescio quomodo, facile obtestatores invenire, non meo quidem, mehercules, merito: sed quanti id refert, si tamen iato nescio quo accidit? Si quis forte fuerit, qui nostræ dignitati obesse velit, peto à te, ut tuam consuetudinem, & liberalitatem in me absentem defendendo mihi præstes. Litteras ad senatum de rebus nostris gestis, quo exemplo miseram, infra tibi perscripsi. Dicitur mihi tuus servus anagnostes fugitivus cum Vardæis esse: de quo tu mihi nihil mandasti: ego tamen terra marique ut conquiretur, præmandavi: & profecto tibi illum reperiam, nisi in Dalmatiam aufugerit, & inde tamen aliquando eruam. Tu nos fac amas. Vale. Ad V. Idus Quintileis, ex castris, Narona.

¶ ARG. *De Dionysio Ciceronis liberto. De Catilio. De Sexto Servilio. De rebus à se in Dalmatiâ gestis, quarum causa & supplicationem sibi doceri petis.*

P. VATINIUS CICERONI SUO, S. D.

S. V. B. E. V. De Dionysio tuo adhuc mihi extrico & eo minus, quod me frigus Dalmaticum, quod illic eiecit, etiam hic refrigeravit. Sed tamen non desistam, quin illum aliquando eruam. Sed tamen omnia mihi dura imperas. De Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissimæ. Apage te cum nostro Sexto Servilio. nam mehercule ego illum quoque amo. sed huiusmodi vos clientibus causas recipitis? hominem unum omnium crudelissimum, qui tot ingenuos, matres, familias, civeis R. occidit, arripuit, disperdidit, regiones vastavit? Simius non semel homo contra me arma tulit, & eum bello cepi. Sed tamen, mi Cicero, quid facere possum? Omnia, mehercule, cupio, quæ tu mi imperas. Meam animadversionem, & supplicium, quo usurus eram in eum, quem cepissem, remitto tibi, & condono. Quid illis respondere possum, qui sua bona direpta, naveis expugnatas, fratres, liberos, parentis occisos, actione exposulant? Si mehercules Appii os haberem, in cuius locum susceptus sum, tamen hoc sustinere non possum. Quid ergo est? Faciam omnia sedulo, quæ te sciam velle. Defenditur à Q. Volusio, tuo discipulo: si forte ea res poterit adversarios fugare. in eo maxima spes est. Nos, si quid erit istius operis, defendes. Cæsar adhuc mihi injuriam facit: de meis supplicationibus, & rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert: quasi verò non iustissimi triumphum in Dalmatia res gesserim. Nam si hoc expectandum est, dum totum bellum conficiam: viginti

oppida sunt Dalmatiæ antiqua: quæ ipsi sibi asciverunt, amplius sexaginta. hæc nisi omnia expugno, si mihi supplicationes non decernuntur, longe alia conditione ego sum, ac ceteri imperatores. Ego post supplicationes mihi decretas, in Dalmatiam profectus sum: sex oppida vi oppugnando cepi: unum hoc, quod erat maximum, quates à me jam captum quatuor enim turris, & quatuor muros cepi, & arcem eorum totam, ex qua me nives, frigora, imbres detruferunt: indigneque mi Cicero, oppidum caprum, & bellum jam confectum relinquere sum coactus. Quare te rogo, si opus erit, ad Cæsarem meam causam agas, meque tibi in omni patris defendendum putes: hoc existimans, neminem te tui amantiorem habere. Vale. Data non. Decembribus, Narona.

¶ ARG. *De studio erga Vatiniū. De Dionysio. De Dalmatiâ.*

M. T. C. P. VATINIO, IMPERATORI,
S. D.

G. RATA tibi mea esse officia non miror. cognovi enim te gratissimum omnium: idque nunquam desisti prædicare. nec enim tu mihi habuisti modò gratiam, verum etiam cumulativè retulisti. Quamobrem reliquis tuis rebus omnibus, pari me studio erga te, & eadem voluntate cognosces. Quòd mihi fœminam primarium, Pompejam, uxorem tuam, commendas: cum Sura nostro statim tuis litteris lectis locutus sum, ut ei meis verbis diceret, ut, quidquid opus esset, mihi denuntiaret: me omnia, quæ ea vellent, summo studio curaque facturum: itaque faciam, eamque, si opus esse videbitur, ipse conveniam. Tu tamen ei velim scribas, ut nullam rem, neque tam magnam, neque tam parvam putet, quæ mihi aut difficilis, aut parum me digna videatur. Omnia, quæ in tuis rebus agam, & non laboriosa mihi & honesta videbuntur. De Dionysio, si me amas, confice. quamcumque ei fidem dederis, præstabo. Si verò improbus fuerit, ut est: a duces eum captivum in triumpho. Dalmatis dii male faciant, qui tibi molesti sunt. Sed, ut scribis, brevi capiuntur, & illustrabunt res tuas gestas. semper enim habitus sunt bellicosi. Vale.

¶ ARG. *Patris à Lucco, ut res se à in suo consulatu gestas litterari mandet.*

M. T. CICERO. S. D. L. LUCCEJO,
Q. FILIO.

C. O. R. A. M. me tecum eadem hæc agere sæpe conantem deterruit pudor quidam, panè subrusticus: s; quæ nunc expromam absens audacius. EPISTOLA ENIM NON ERUBESCIT. Ardeo cupiditate incredibili, neque, ut ego arbitror, reprehendenda, nomen ut nostram scriptis illustretur & celebretur tuis, quod et si mihi sæpe ostendis te esse facturum: tamen ignoscas velim huic festinationi meæ. Genus enim scriptorum tuorum, et si erat semper à me vehementer expectatum, tamen vicit opinionem meam, meque ita vel cepit, vel incendit, ut superem quam celerrimè res nostras monumentis commendari tuis. Neque enim me solum commemoratio pestiferitatis ad spem quandam immortalitatis rapit: sed etiam illa cupiditas, ut vel auctoritate testimonii tui, vel indicio benivolentia, vel suavitate ingenii, vivi perfruar. Neque tamen, hæc cum scribebam, eram nescius, quantis oneribus preme-

1. VATINIUS IMP. CICERONI SUO. Ita concipitur inscriptio in Pal. sec. tert. quart. Grut. Stevv. nam Pal. pr. quint. etiam illud IMP. exlinguunt. vulgò prænominibus augent P. VATINIUS IMP. M. CICERONI.

2. P. Vatinius cliens advenit. Sic est in editione Vict. Pall. quatuor. Grut. Stevv. ar. quint. simpliciter cliens venit. vulgò, ad te venit. pauld post Lamb. legit qui pro se causam dicere vult, quam lectionem in Pal. quart. reperit. vulgata se omnium ceterorum auctoritate tuetur: & ipsa ratione, quidquid dicit Dionysius aut alij pro illo.

3. Simius non semel homo. Sic Vict. & eum secutus Lamb. reperitur.

que in Vat. nec divortit longius Pal. pr. Simius non semel homo. reliqui vel se minus non sermo sit. vel si minus non sermo sit. hinc, vel etiam aliter, quod non opere pretium est adnotare. vulgò, simul vero semel homo. paulo ante Pall. omnes, Grut. Stevv. qui res ingenuas, &c.

4. Duces enim captivum in triumpho. Quis non animadversione dignam depuret scripturam Pall. pr. quint. duces enim in triumpho captivum. incertum quoq; Pall. sec. tert. Grut. Stevv. captivum, non ut vulgatum captivum.

5. Quæ nunc expromam absens audacius. Sic o. Pall. Gr. Stev. Pec. editio princeps ac Vict. substituerunt expromam, causam addidisse debebant.

premerere susceptarum rerum, & jam institutarum: sed quia videbam, Italici belli & civilis historiam jam à te pene esse perfectam: dixeris autem mihi, te reliquas res ordi: deesse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, conjunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere, an, ut multi Graeci fecerunt, Callisthenes Troicum bellum, Timæus Pythi, Polybius Numantinum: qui omnes à perpetuis suis historiis ea, quæ dixi, bella separaverunt: tu quoque item civilem conjurationem ab hostilibus externisque bellis se jungeres. Equidem ad nostram laudem non multum video interesse: sed ad properationem meam quiddam interest, non te expectare, dum ad locum venias: ac statim causam illam totam, & tempus arripere. Et simul, si uno in argumento, unaque in persona mens tua tota versabitur: cerno jam animo, quanto omnia uberiora, atque ornata futura sint. Neque tamen ignoro, quam impudentem faciam, qui primum tibi tantum oneris imponam, (potest enim mihi denegare occupationem tuam) deinde etiam, ut ornas me, postulem. Quid si illa tibi non tantopere videntur ornanda? Sed tamen, QUI SEMEL verecundiz sineis transierit, eum bene & naviter oportet esse impudentem. Ita que te planè etiam atque etiam rogo, ut & ornas ea vehementius etiam, quam fortasse sentis, & in eo leges historiz negligas: gratiam illam, de qua suavissimè quodam in proemio scripsisti, à qua te affici non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum à voluptate: ea si me tibi vehementius commendabit, ne aspernere; amorique nostro plusculum etiam, quam concedet veritas, largiare. Quod si te adducemus, ut hoc suscipias: erit, (mihi persuadeo) materies digna facultate, & copia tua. A principio enim conjurationis usque ad reditum nostrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse: in quo & illa poteris uti civilium commutationum scientia, vel in explicandis causis rerum novarum, vel in remediis incommodorum, cum & reprehendis ea, quæ vituperanda duces: & quæ placebunt, exponendis rationibus comprobabis, & si liberius, ut consuevi, agendum putabis, multum in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis. Multam etiam casus nostri tibi varietatem in scribendo suppeditabunt, plenam cujusdam voluptatis, quæ vehementer animos hominum in legendo scripto retinere possit. Nihil est enim aptius ad delectationem lectoris, quam temporum varietates, fortunæque vicissitudines: quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt jucundæ. HABET ENIM PRÆTEREADOLORIS secura recordatio delectationem. Ceteris vero nulla perfunctis propria molestia; casus autem alienos sine ullo dolore intuentibus, etiam ipsa misericordia est jucunda. Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat? qui tum denique sibi avelli jubet spiculum, postea quam ei percontanti dictum est, clypeum esse salvum; ut

etiam in vulneris dolore æquo animo eum laude moreretur. Cujus studium in legendo non et erectum Themistocli fuga, redituque retinetur? Etenim ordo ipse annualium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione factorum. At viri sæpè excellentis ancipites, varique casus habent admirationem, expectationem, læticiam, molestiam, spem, timorem: si verò exitu notabili concluduntur: expletur animus jucundissima lectionis voluptate. Quo mihi acciderit optatius, si in hac sententia fueris, ut à continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc quasi fabulam rerum, eventorumque nostrorum. Habet enim varios actus, multasque actiones & consiliorum, & temporum. Ac non vereor, ne assentiant uncula quadam occupari tuam gratiam videar, cum hoc demonstrarem, me à te potissimum ornari celebrarique velle. Neque enim tu is es, qui, quid sis, nescias: & qui non eos magis, qui te non admirantur, invidos, quam eos, qui laudent, assentatores arbitrere. Neque autem ego sum ita demens, ut me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenii gloriam consequatur. Neque enim Alexander ille, gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & a Lyfippo fingi volebat: sed quod illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat. Atque illi artifices, corporis simulacra ignotis nota faciebant: quæ vel si nulla sint, nihilominus tamen obscuriores clari viri. Nec minus est Spartiatus Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt. unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facillè omnem imagines omnium, statuasque superavit. Atque hoc præstantius mihi fuerit & ad læticiam animi, & ad memoriæ dignitatem, si in tua scripita pervenero, quam si in ceterorum, quod non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuum, sicut Timoleonti à Timæo, aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam auctoritas clarissimi & spectatissimi viri, & in reip. maximis gravissimisque causis cogniti, atque in primis probati, ut mihi non solum præconium, quod, cum in Sigæum venisset Alexander, ab Homero Achilli tributum esse dixit: sed etiam grave testimonium impertitum clari hominis, magnique videatur. Placet enim Hector ille mihi Nævianus, qui non tantum laudari se lætatur: sed addit etiam, à laudato viro. Quod si à te non impetro, hoc est, si quæ te res impeditur (neque enim fas esse arbitror, quidquam me rogantem, abs te non impetrare) cogar fortasse facere, quod nonnulli sæpè reprehendant. scribam ipse de me: multorum tamen exemplo, & clarorum virorum. Sed, quod te non fugit, hæc sunt in hoc genere vitia, & verecundius ipsi de sese scribant, necesse est, si quid est laudandum: & prætereant, si quid reprehendendum est. Accedit etiam, ut minor sit fides, minor auctoritas, multi denique reprehendant: & dicant, verecundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui

Z z 3 qui

3. *À qua te affici non magis potuisse demonstras.* Illi ita in omnibus ferè libris tam calamo exaratis, quam impressis, nisi quod in Pall. tert. quint. & qua te affici. Viç. ex conjectura stelli, unde alii desisti, ante omnes, Egeat. alii. nos scribitorum consensum conjecturæ prætulimus: quamquam eandem confirmet Vat.

2. *Erectum Themistocli fugæ redituque retinetur.* Non habent Themistocli Pall. tert. quart. Med. Vat. editio Viç. pro erectum verò Pall. sec. quart. eripunt: quint. rectum Stevv. recitata: unde Gul. Erechti 3. quod non probodeinde struetur non retinetur agnoscat idem Stevv. ac Pall. quint. Grat.

3. *Qui quid sit nescias.* Commendat hanc lectionem ipsa veritas, quam secutus quoque sunt Viç. ac Man. Lamb. tamen ait in omnibus editis haberi quicquid se nescias adstructumque eam ibat Gul. ex Milite Plautina. sequi tamen se male testatur Lamb. quod in nonnullis mss. reperisset qui qui sit nescias. Pall. pr. sec. quart. quint. item prima editio præterantem in æquæ sit nescias. Pall. tert. Grat. qui quis nescias. in Me-

dicæ fuisse notat Egeat. Neque enim tu is quid nescias: archicoctetur quod cuilibet optimo videretur, mihi edita est omnium integerrima.

4. *Nihilominus tamen obscurior clari viri.* Pusilla [fateor] emendatio, sed tamen magnam & vim & clarorem tali sententiæ refundens. Alii libri o. sunt præter Pall. pr. quint. Vat. editionem Viç. Paulo ante legedat Henricus Stephanus simulacra ex ignotis nota faciebant, male, si non pessimè; nam omnes illius emendationes absque libris tales sunt: ita mihi nulla unquam palatum commovit. Paulo post, Nec minus et Spartiatus legunt omnes mss. & Viç. editio. Prima tamen & Pal. tert. Nec minus enim est Spartiatus, ac Pal. quart. prohibendus vitiosus pro perhibendus. Alterum paucis interjacentibus verbis recepti probatissimam lectionem ex Palatino primo, numquam satis de prædicandæ honitatis, inque imagine omnium statuasque superavit; cum tam quoque ex suis offeruerit Viç. reperiatque in Vat. nec alieni sint Pall. tert. quint. coner in a gnat hominum omnesque statuas superavit. Valgò pro statuas agnoscent hominum, nimis languidæ ad nostram.

qui cum ceteris coronas impofuerint victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiarint, cum ipfi ante ludorum miffionem corona donentur, alium praconem adhibeant, ne fua voce ipfi fe victores effe praedicent. Hac nos vitare cupimus: & fi recipis caufam noftram, vitabimus: idque ut facias, rogamus. Ac, ne forte mirere, cur fiam mihi faepe oftenderis, te accuratiffime noftrorum temporum confilia, atque eventus litteris mandaturum, a te id nunc tanto opere, & tam multis verbis petamus: illa nos cupiditas incendit, de qua initio fcripti, feftinationis, quod alacres animo fumus: ut & ceteri, viventibus nobis, ex litteris tuis nos cognofcant, & nosmetipfi vivi gloriola noftra perfuamur. His de rebus, quid acturus fis, fi tibi non eft moleftum, refcribas mihi velim. Si enim fufcipis caufam, conficiam commentarios rerum omnium. Sin autem differis me in tempus aliud: coram tecum loquar. tu interea non ceffabis, & ea quae habes inftituta, perpolies, nosque diliges. Vale.

¶ ARG. *Confolationem litterarum Luccei fibi gratiffimam effe fcribit.*

M. C. S. D. L. LUCCEJO Q. F.

QUAM QUAM ipfa confolatio litterarum tuarum mihi gratiffima eft: declarat enim summam benevolentiam conjunctam pari prudentia: tamen illum fructum ex iis litteris vel maximum cepi, quod te praclare humanas contemnentem, & optimè contra fortunam paratum armatumque cognovi. Quam quidem laudem fapientia, ftatuo effe maximam, non aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene aut male vivendi fufpenfas habere rationes. Quae cogitatio, cum mihi non omnino excidiffet (etenim penitus infederat) vi tamen tempeftatum, & concursu calamitatum erat aliquantum labefactata, atque convulfa: tui te opulari & video, & id feciffet etiam proximis litteris, multumque profeciffet. Itaque hoc fapientius dicendum, tibi que non fignificandum folum, fed etiam declarandum arbutor: nihil mihi effe potuiffe tuis litteris gratius. Ad confolandum autem cum illa valent, quae elegantè copiofeque collegiti, tum nihil plus, quam quod firmitudinem gravitatemque animi tui perpexi: quam non imitari turpiffimum exiftimo. Itaque hoc etiam fortiorem me puto, quam teipfum, praecipitorem fortitudinis, quod tu mihi videre fperem nonnullam habere, haec aliquando futura meliora. Cafus enim gladiatorii, fimilitudinesque ex, tum rationes in ea dilputatione à te collectae, vetabant me reip. penitus diffidere. Itaque alterum minus mirum, fortiorem te effe, cum aliquid fperes: alterum mirum, fpe ulla teneri. Quid enim non àra affectum, ut id non deletum, extrinctumque effe fateare? Circumfpece omnia membra reip. quae notiffima funt tibi, nullum reperies profectum, quod non fractum debilitatumve fit. quae perfequerer, fi aut melius ea viderem, quam tu vides: aut commemorare poffem sine dolore: quamquam tuis monitis, praecipisque omnis eft abjiciendus dolor. Ergo & domestica feremus, ut cenfes: & publica paullo etiam fortius fortasse, quam tu ipfe, qui praecipis. Te enim fper aliqua confolatur, ut fcribis: nos

autem erimus etiam in omnibus desperatione fortes, ut loquar tamen idem & hortatis, & praecipis. Das enim mihi jucundas recordationes conficientia noftra, retumque eorum, quas, te in primis auctore, gefsimus. Praeftinus enim patria non minus certe, quam debuimus: plus profectum, quam eft ab animo cujuscquam, aut confilio hominis poftulatum. Ignofces mihi de meipfo aliquid praedicanti. quorum enim tu rerum cogitatione nos levare aegritudine voluiffi, earum etiam commemoratione lenimur. Itaque, ut mones, quantum potero, me ab omnibus moleftiis & angoribus abducam: transferamque animum ad ea, quibus fecunda res ornantur, adverfa adjuvantur: tecumque & ero tantum, quantum patietur utriusque aetas & validudo: & fi effe una minus poterimus, quam volumus: animum tamen conjunctione, iisdem ftudiis ita fruemur, ut numquam non una effe videamur.

¶ ARG. *Confolatur moerentem Cicaronem, & ne ab ite tam diu abfit, rogat.*

L. LUCCEJUS, Q. F. S. D. M. T. C. M. F.

Si vales, bene eft: valeo, ficut folio: paullo tamen etiam deterius, quam folio. Te requiffi fapient, ut viderem. Romae quia poftea non fuiffi, quam difcefferat, miratus fum: quod item nunc miror. Non habeo certum, quae te res hinc maximè retrahat. Si folitudine delectare, cum fcribas, & aliquid agas eorum, quorum confueffi, gaudeo: neque reprehendo tuum confilium, nam nihil ifto poteff effe jucundius, non modò miferis his temporibus, & luctuofis, fed etiam tranquillis, & optatis: praefertim vel animo defatigato tuo, qui nunc requietem quaerit ex magnis occupationibus: vel erudito, qui femper aliquid ex fe promat, quod alios delectet, ipfum laudibus illuftret. Sin autem, ficut hie dum eras, lacrymis ac triftitia te tradidiffi: doleo, quia doles, & angere non poffum te non, fi concedis, quod fentimus, ut liberius dicamus, accufare. Quid enim? tu folus aperta non videbis, qui propter acumen oculiffima perfpicis? tu non intelliges te querelis quotidianis nihil proficere? non intelliges duplicari follicitudines, quas elevare tua te prudentia poftulat? Quod fi non poffumus aliquid proficere fuadendo: gratia contendimus, & rogando, fi quid noftra caufa vis, ut iftis te moleftis laxes, & ad con victum noftrum redeas & ad confuetudinem, vel noftram communem, vel tuam folius, ac propriam. Cupio non obtundere te, fi non delectare noftra ftudio: cupio deterere, ne permanes in incepto, cum duae res ifta contrariae me conturbent: ex quibus, aur in altera mihi velim, fi potes, obtemperes: aut in altera non offendas. Vale.

¶ ARG. *Respondet fuperiori Epiftola Lucceij.*

M. CICERO, L. LUCCEJO, Q. F.

MNS AMOR tuus ex omnibus partibus te offendit in his litteris, quas à te proximè accepi. non ille quidem mihi ignotus, fed tamen gratus, & optatus. dicerem, jucundus, nifi id verbum in omne tempus perdidiffem. neque ob eam unam caufam, quam tu fufpicaris, & in qua me leniffimis & amantiffimis verbis utens, te graviter accufas: fed quod, illius tanti vulneris quae remedia effe debebant,

1. Itaque hoc etiam fortiorem me puto. Vrinus ex aliquo vetere malebat. Atque hoc fortiorem: quod in nullo noftrorum comparat, & habet ille mirabiles libros ut omnino cum Grut. noftra exiftimem cum plurima domi confinxiffe quae deinde alii, ipfo ignaro, nobis obferunt tanquam veterum exemplarium variantes lectiones hoc femel dictum fit, ne quis ignoret tanti ejus à me emendationes & animadvertiones haberi, cum praetereero.

2. Erimus etiam in omnibus desperatione fortes. Vulgò in omni desperatione f. cum alius codex praefereat, in omni desperatione fort. sed noftra omnino melior, quem accepimus ex Pall. pr. ter. quint. Grut. Vat. videretur ideo hae lectio immutata, quia non cuivis puero plana & obvia: sed non fic in alia.

3. Non fuiffi quam difcefferat. Adftipulantur quidem o. Pall. vulgatae & Cicero: quam à me difcefferat: sed tamen verior omnino eft noftra quam

acceptam referimus Vift. ac Vat. fubintelligitur (ut etiam rectè notavit Lamb. Cafar, cuius nomen fubfcribi foiebat) confolatur epiftolae ad T. Pompeium anglic. lib. ix. ep. 6. & 17.

4. Qui nunc requietem quaeris. Sic editit ex Mediceo Victorius: neque fentit Vat. in noftris omnibus refidet vulgaris lectio requiem fic paullo poft ex Pall. pr. m. quia. Vat. lego: non poffum te non fi concedas, ut liberius dicamus, accufare. ceteri corrupti ferè funt: ftabilitateque non nihil hanc noftra m. fi erroris caufam alius perferat: vulgò nec poffum te. fi concedas. non accufare. paulo poft pro elevare Gulielm. in duobus fuis libris invenit alterare. fequentibus non longe intervallo, e. Pal. fecant quiffimo codice, lubeat legem: te confilium noftrum reddas, & confuetudinem vel n. unica enim littera minus quod ei familiare cum duplicatur eadem.] reddas: non inconcinnè, & puto verius quam eft in vulgaribus.

bebant, ea nulli sunt. Quid enim? ad amicosne confugiam? quam multi sunt? habuimus enim ferè commoneis: quorum alii occiderunt: alii nescio quo pacto obdaru- runt. 1. Tecum vivere possem, equidem & maxime vellem: vetustas, amor, consuetudo, studia paria, 2. quod vinculum, quasi deest nostræ conjunctionis. Possimusne igitur esse una? nec mehercule intelligo, quid impediat. sed certè adhuc non fuimus, cum essemus vicini in Tusculano, in Pateolano. Nam quid dicam in urbe? in qua, cum forum commune sit, vicinitas non requiritur. Sed casu nescio quo in ea tempora nostra atas incidit, ut, cum maxime florere nos oporteret, tum vivere etiam puderet. Quod enim mihi poterat esse perfugium, spoliato & domesticis, & forensibus ornamentis, atque solatiis? litteræ, credo, quibus utor assidue. Quid enim aliud facere possum? sed nescio quomodo ipsæ illæ excludere me à portu, & perfugio videntur, & quasi exprobrare, quod in ea vita maneam, in qua nihil insit, nisi propagatio miserissimi temporis. Hic tu ea me abesse urbe miraris, in qua domas nihil delectare possit? summum sit odium temporum, hominum, fori, curiæ? Itaque sic litteris utor, in quibus consumo omne tempus, non ut ob his medicinam perpetuam, sed ut exiguum doloris obliuiscam petam. Quod si id egissemus, ego, atque tu, quod ne in mentem quidem nobis veniebat, propter quotidianos metus, omne tempus unâ fuissetis, neque me validudo tua offenderet, neque te mæror meus: quod, quantum fieri poterit, consequamur. Quid enim est iurisque nostram aptius? Prope- diem te igitur video.

ARG. Consolatur Titium amantem ex interitu filii. M. T. C. S. D. TITIO.

16 E T S I ex omnibus minime sum ad te consolandum ac- commodatus, quòd tantum ex tuis molestiis cepi do- loris, ut consolatione ipse egerem; tamen, cum longius à summi luctus acerbitate meus abesset dolor, quàm tuus, statui nostræ necessitudinis esse, meaque in te benivolentia, non tacere 4. tanto in tuo mærore tamdiu: sed adhibere aliquam modicam consolationem quæ levare dolorem tuum posset, si minus sanare potuisset. Est autem consola- tio perulgata quidem illa maxime, quam semper in ore atque in animo habere debemus, HOMINIBUS NOS UT ES- SE meminerimus, ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra: neque esse recusandum, quo mi- nus ea, quâ nati sumus, conditione vivamus; neve tam graviter eos casu feramus, quos nullo consilio vitare pos- sumus. eventisque aliorum memoria repetendis, nihil ac- cidisse nobis novi cogitemus. Neque hæc, neque ceteræ consolationes, quæ sunt à sapientissimis viris usurpata,

& memoriæque litteris prodita, tantum videntur profice- re debere, quantum status ipse nostræ civitatis, 6 & hæc perturbatio temporum perditorum: cum beatissimi sint, qui liberos non susceperunt: minus autem miseri, qui his temporibus amiserunt, quàm si eosdem bona, aut denique aliqua rep. perdidissent. Quòd si tuum te desiderium movet, aut si tuarum rerum cogitatione mæres: non faci- le exhauriri tibi istum dolorem posse universum puto. sin illa te res cruciat, quæ magis amoris est, ut eorum, qui occiderunt, miseras luceas; ut ea non dicam, quæ sepi- sime & legi, & audivi, nihil mali esse in morte, in qua se resideat sensus, immortalitas illa potius, quàm mors du- cenda sit: sin sit amissus, nulla videri miseria debeat, quæ non sentiat. hoc tamen non dubitans confirmare pos- sum, ea miseri, parari, impendere reip. quæ qui relique- rit, nullo modo mihi quidem 7 deceptus esse videatur. Quid est enim jam non modò pudori, probitati, virtuti, rectis studiis, bonis artibus, sed omnino libertati, ac salu- ti loci? non, mehercule, quemquam audivi hoc gravissi- mo, pestilentissimo anno, adolescentulum, aut puerum mortuum, qui mihi non 8 à diis immortalibus exceptus ex his miseris, atque ex iniquissima conditione vitæ, vi- detetur. Quare, si tibi unum hoc detrahi potest, nequid iis, quos amasti, mali putes contigisse: permultum erit ex mærore tuo diminutum. Relinquetur enim simplex illa jam cura doloris tui, quæ non cum illis communica- bitur, sed ad te ipsum propriè referetur; in qua non est jam gravitatis ac sapientiæ tuæ, quàm tu à puero præsti- tisti, ferre immo detrahi casum incommodorum tuorum, qui sit ab eorum, quos dilexeris, miseria maloque sejun- ctus. Etenim eum semper te, & privatis in rebus, & pub- licis præstitisti, tuenda tibi ut sit gravitas, & constantia servendum. Nam, quod allatura est ipsa diuturnitas, quæ maximos luctus vetustate tollit, 9 id nos præcipere consilio prudentiaque debemus. Etenim si nulla un- quam fuit, liberis amissis, tam imbecillo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit: certè nos, quod est dies allatura, id consilio antè ferre debemus: ne- que expectare temporis medicinam, quàm repræsentare ratione possimus. His ego litteris si quid profecissem, existimabam optandum quiddam me esse affectum: si minus fortè valuissent, 10 officio tamen esse functurum benivolentissimi atque amicissimi: quem me tibi & fuisse semper existimes velim, & futurum esse confidas.

ARG. Excusat parvitatem litterarum. Exulem consolatur. M. C. S. D. P. SEXTIO, P. F.

NON oblivione amicitia nostræ, neque intermissio- ne consuetudinis meæ, superioribus temporibus ad

Zz 4 te

1. Tecum vivere possem, equidem & maxime vellem. Hunc locum præ- ter solus intellexit Victorius: ut ex ipsius distinctione apparet, quàm & nos expressimus. Deest enim particula si vel utinam & sic est in Pall. primò & tertio. nam Pal. sec. rec. ut equidem vivere possem, ex max. vel Lam- binos has scripturas, quia in ipsius capite non oriebantur, vitiolas pro- clamavit, maxillique ex suo ingenio; Tecum vivere posse equidem maxime vellem, in quem tamen propender Pal. quart. liber debet fidei; Tecum vi- vere possem, equidem vellem. Canterus tamen correctum habet, Tecum vivere possem, equidem maxime vellem. Pal. quint. Tecum vivere possem, & maxime quidem vellem. Catullus: Tecum ledere se ut ipsa possem. nam & tibi deest, EVKTIKOS.

2. Quod vinculum quasi deest nostræ conjunctionis. Sic est in Pal. præc. Var. denique editione Viç. nisi quòd ille conjunctivum. Vagari libri, quod vin- culum qua res deest. sed Pal. sec. Grut. id est, ex utraque parte mendosi. paullo post Pall. pr. sec. rec. ut mehercule, quart. nunc mehercule 3. non nec mehercule, & Pall. sec. rec. Scovv. impeditur. legorem ergo: Ne mehercule intelli- git, quid impediat? usuratum enim in re confirmanda sic veterore, gemi- nare assueverationem. Omnino antecedentia ac sequentia hanc lectio- nem desiderant.

3. Nisi propagatio miserissimi temporis. Non intelligo scripturam Pal. sed præparatis, quart. item præparatis. Alii dicant curiosiores, semper no- vare paratis, quibus adnotavi.

4. Tanti in tua mærore tamdiu. Hæc omnia habet pro glossa Gruter. noster sicut & illud paullo post 4. potuisset rem modicam consolationem, malitque solum legi, nec tacere. sed addidit aliquando levate dolorem tuum possent, si minus sanare, quæ tamen præferunt in sompnes.

5. Memoriæque litteris prodita. Malè vulgo & inserunt ante litteræ, nam litteris res memoriæ produntur, beneficio litterarum & scientia aut op. sic autem legunt o. Pall. Grut. Stev. Viç. editio.

6. Et hæc perturbatio temporum perditorum. Pall. pr. sec. tert. quint. sa- perne probatio: quod & in Grut. erat, sed correctum postea exprobat.

7. Deceptus esse videatur. Nihil mutandum: nam in permutatione dicitur deceptum deceptis accepit, in meliore amisso. videatur Plautò Tr. numus. Sic habent omnes. Pall. Grut. nisi quod in sec. decepto. si voluit ergo al. ortum deceptus aut ceptus.

8. A diis immortalibus exceptus ex his miseris. Elegantissima est hæc vitæ lectio, quæ & hic ut in omnibus 7 secuti sumus. Nostri ferè o- mnes ceptus, quod glossam respicit, tert. ceptus, & videtur Pal. quinta. habuisse quid simile, nam saluram excepit. Paullo post pro sejunctum o. Pall. quint. miseria maloque de junctis. puto reponendum dyunctis ut supra aliquoties.

9. Ad nos præcipere consilio. Sic est in editione prima, admonitum Viç. in venique hoc verbi in Pall. pr. quint. quorum hæc glossam habet ad interiorem oram anticipare. Hoc verbum & aliis scriptoribus resti- tuimus in crepundiorum nostrorum vestibulo. ceterum statim ante Pal. sec. legit, quæ maxime luctus tollit, omisso & de veritate, quod ut glo- sam rectè etiam advertit Henricus Stephanus l. it. Schediasmarum.

10. Officio tamen esse functurum. Sic est in Pall. prope omnibus, Grut. Stev. Pock. alius fustulio. quod Pal. sec. suo loco ignorat plane. ceterum 7, optandum, sicut & 74 ferè valuisse pro glossematibus: obolue- runt Grut. nostro.

te nullas litteras misi, sed quod priora tempora in ruinis reip. nostrisque jacuerunt: posteriora autem me à scribendo, tuis injustissimis atque acerbissimis incommodis, retardarunt. Cum verò & intervallum jam satis longum fuisset, & tuam virtutem animique magnitudinem diligentius essem mecum recordatus: non putavi esse alienum institutis meis, hæc ad te scribere. Ego te, P. Sexti, & primis temporibus illis, quibus in invidiam absens, & in crimen vocabare, defendi: & cum in tui familiarissimi iudicio ac periculo & tuum crimen conjungeretur, ut potui accuratissimè te tuamque causam curatus sum: & proximè, recenti adventu meo, cum rem aliter institutam offendissem, ac mihi placuit, si assissem: tamen nulla re salutis tui defui: cumque eo tempore invidia annonæ, inimici non solum tui, verum etiam amicorum tuorum, iniquitas totius iudicii, multaque alia reip. vitia plus quam causa ipsa veritasque valuissent: Publio tuo neque opera, neque consilio, neque labore, neque gratia, neque testimonio defui. Quamobrem, omnibus officiis amicitia, diligenter à me sanctèque servatis, ne hoc quidem præmittendum esse duxi, te ut hortarer, rogaemque, ut & hominem te, & virum esse meminisses, id est, ut & communem, incertumque casum, quem neque vitare quisquam nostrum, nec præstare ullo pacto potest, sapienter ferres: & dolori fortiter ac fortunæ resisteres: cogitaresque, & in nostra civitate, & in ceteris, quæ reram potita sunt, multis fortissimis atque optimis viris, injustis iudiciis, talis casus incidisse. Illud utinam ne verè scriberem, ea te rep. carere, in qua neminem & prudentem hominem res ulla delectet. De tuo autem filio, vereor, ne, si nihil ad te scripserim, & debitum ejus virtuti videar testimonium non cepisse: sin autem omnia, quæ sentio, perscripserim: ne refricem meis litteris desiderium, ac dolorem tuum. Sed tamen prudentissimè facies, si illius pietatem, virtutem, industriam, ubicumque eris, tuam esse, tecum esse, duces. **N**EC ENIM MINUS **N**OSTRA sunt, quæ animo complectimur, quam quæ oculis intuemur. Quamobrem & illius eximia virtus, summusque in te amor, magna tibi consolationi debet esse: & nos, ceterique, qui te non ex fortuna, sed ex virtute tua pendimus, semperque pendemus: & maximè animi tui conscientia, cum tibi nihil merito accidisse reputabis, & illud adjunges, **H**OMINES sapientis turpitudine, non casu: & de lictio suo, non aliorum injuria commoveri. Ego, & memoria nostræ veteris amicitia, & virtute atque obsequantia filii tui monitus, nullo loco deero, neque ad consolandum, neque ad levandum fortunam tuam. Tu, si quid ad me forte scripseris, perficiam ne te frustra scripsisse arbitretur. Vale.

¶ ARG. Exulem consolatur.

¶ M. CICERO S. D. T. FADIO.

ET si egomet, qui te consolari cupio, consolandus ipse sum: propterea quod nullam rem gravius jamdiu tuli, quam incommodum tuum: tamen te magnopere non horror solum, sed etiam, pro amore nostro, rogo atque oro, te colligas, virumque præbeas, & qua conditione omnes homines, & quibus temporibus nati simus, cogites. Plus tibi virtus tua dedit, quam fortuna abstulit: Propterea quod adeptus es, quod non multi homines novi: amisisti, quæ plurimi homines nobilissimi. Ea denique videtur

1. *Tuum crimen conjungeretur, ut potui.* Sic omnes missæ Vict. alii tamen tantum *amenem* esse, quam potui. verum, *T*u crimen irreputatum putat esse Gul. neque ego dissentio.

2. *Prudentem hominem res ulla delectet.* Hoc modo emendarunt docti, cum esset in *Med. delectet*, talisque error & nostris contigit miss. *deferret* ingentes.

3. *Debitum ejus virtuti videat testimonium non cepisse.* Non erat Lamb. *et* ac majestatem omnibus antiquis codicibus eriperet, illisque proculcatis suum *de d. s. s. eponere*: Tenemus firmiter hoc, ex quinque Pall. *erat* duobus Guliesh. editionibus omnibus.

4. *Et maximè animi tui conscientia.* Sic emendavit primus hunc locum Papp. Egna. cum in *Med. reperisset* & *et* maximè amici tui conscientia.

conditio impendere legum, judiciorum, temporum, ut optimè actum cum es videatur esse, qui quam levissimè poena ab hac rep. discesserit. Tu vero, qui & fortunas, & liberos habes, & nos ceterosque necessitudine, & benivolentia tecum conjunctissimos: quumque magnam facultatem sis habiturus, nobiscum, & cum omnibus tuis vendi: & cum unum sit iudicium, ex tam multis, quod reprehendatur, ut quod una sententia, eaque dubia, potentia alicujus condonatum existimetur: omnibus his de causis debes istam molestiam quam lenissimè ferre. Meus animus erit in te, liberosque tuos semper, quem tu esse vis, & qui esse debet.

¶ ARG. Monet ut Pompeii partes sequatur.
CICERO, RUFO.

ET si mihi numquam dubium fuit, quin tibi essem carissimus: tamen quotidie magis id perspicio: existatque id, quod mihi ostenderas quibusdam litteris; hoc te studiosiorem in me colendo fore, quam in provincia fuisses (etsi, meo iudicio, nihil ad tuum provinciale officium addi potest) quo liberius iudicium esse possit tuum. Itaque me & superiores litteræ tuæ admodum delectaverunt, quibus & expectatum meum adventum abs te amanter videbam, & cum aliter res cecidisset ac putasses, te meo consilio magnopere esse lætatum: & his proximis litteris magnum cepi fructum & iudicii, & officii tui: iudicium quod intelligo, te, id quod omnes fortes ac boni viri facere debent, nihil putare utile esse, nisi quod rectum honestumque sit: quod te mecum, quodcumque cepissem consilii, polliceris fore: quo neque mihi gratius, neque, ut ego arbitror, tibi honestius esse quidquam potest. Mihi consilium captum jamdiu est: de quo ad te, non quo celandus esses, nihil scripsi antea, sed quia communicatio consilii, tali tempore, quasi quædam admonitio videtur esse officii, vel potius efflagitatio ad cõfundam societatem vel periculi, vel laboris. Cum verò ea tua sit voluntas, humanitas, benivolentia erga me, libenter amplector talem animum: sed ita (non enim dimittam pudorem in rogando meum) si feceris id, quod ostendis, magnam habebō gratiam: si non feceris, ignoscam: & alterum timori, alterum mihi te negare non potuisse arbitror. Est enim res profectò maxima, quid rectum sit, apparet: quid expedit, obscurum est: ita tamen, ut, si nos ii sumus, qui esse debemus, id est, studio digni, & litteris nostris, dubitare non possimus, quin ea maximè conducant, quæ sunt rectissima. Quare tu, si simul placebit: statim ad me venies, sin idem placebit, atque eodem, necontinud poteris. omnia tibi à nota sint, faciam. Quidquid staueris, te mihi amicum: sin id quod opto, etiam amicissimum iudicabo.

¶ ARG. De rationibus provincialibus, Rufo quæstione non expectato, ad aratum missi suo delatum scribit.

CICERO RUFO.

QUO modo potuissent, te convenissem, si eò, quod constitueras, venire voluisses. Quare etsi mei commodi causa commovere me noluisti, tamen ita existimes velim, me antelatum fuisse, & si ad me misisses, voluntatem tuam commodo meo. Ad ea, quæ scripsisti, commodiis

quod est in omnibus nostris, recepit postea Vict. sicque exstat in miss. Anepipienst ac Var. vulgo: *pendemus maximè etiam si tui conscientia.*

5. *T. F. AD 19.* Sic est in Pal. quine. Var. sicque edidit Vict. & Lamb. vulgo *T. Fabii. malè.* Fabii enim nobilissimi. hic autem fuit homo novus, ut innuit ipse Cicero.

6. *Si ad me misisses.* Ita est in Pal. quine. Var. Victorii editione *nois* setque credo in reliquis, nisi tota hæc epistola deesset Pal. secundo, tert. Græc. Stev. vulgo *venisset.* Principio Epistolæ scripsi *quomodo* non *quæque* modo: aut contineat Pall. prim. quart. quine. Vatic. editionum primæ ac Victorianæ.

modis equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius, scriba meus, adesset: à quo mihi exploratum est, in rationibus duntaxat referendis, (de ceteris rebus affirmare non possum) nihil eum fecisse scientem, quod esset contra aut rem, aut existimationem tuam. dein, si rationum referendarum jus vetus, & mos antiquus maneret, me relatum rationes, nisi tecum pro conjunctione nostræ necessitudinis contulisset, confecissetque, non fuisse. Quod igitur fecissem ad urbem, si consuetudo pristina maneret: id, quum lege Julia relinquere rationes in provincia necesse erat, eademque totidem verbis referre ad ararium, feci in provincia. Neque ita feci, ut te ad meum arbitrium adducerem: sed tibi tibi tantum, quantum me tribuisse nunquam me poenitebit. totum enim scribam meam, quem tibi video nunc esse suspectum, tibi tradidi, tu ei M. Mindium, fratrem tuum, adiunxisti. Rationes confectæ me absente sunt tecum: ad quas ego nihil adhibui præter lectionem. Ita accepi librum à meo servo scriba, ut eundem acceperim à fratre tuo. Si honos is fuit, majorem tibi habere non potui: si fides, majorem tibi habui, quam panem ipsi mihi. si providendum fuit, ne quid aliter, ac tibi & honestum & utile esset, referretur: non habui, à cui potius id negotii darem quam darem. Illud quidem certe factum est, quod lex jubebat, ut apud duas civitates, Laodicenem, & Apamencem, quæ nobis maximæ videbantur, quoniam ita necesse erat, rationes confectas, & consolidatas deponeremus. Itaque huic loco primum respondeo, me, quamquam iustis de causis rationes deferre properarim, tamen te expectaturum fuisse, nisi in provincia relictas rationes pro latis haberem. Quamobrem de Volusio quod scribis, non est id rationum, docuerunt enim me periti homines: in his cum omnium peritissimus, tum mihi amicissimus, C. Camillus, ad Volusium transferri nomen à Valerio non potuisse: sed prædes Valerianis teneri: neque id erat festiuitatis xxx, ut scribis, sed xix. Erat enim nobis curata pecunia Valerii mancipis nomine: ex qua reliquam quod erat in rationibus, retuli. Sed sic me & liberalitatis fructu privas, & diligentia, & (quod minimè tamen laboro) mediocritas etiam prudentia. Liberalitatis, quod mavis scribæ mei beneficio, quam meo, legatum meum, præfectumque Q.

Leptam, maxima calamitate levatos: cum præsertim non deberent esse obligati: diligentia, quod existimas de tanto officio meo, tanto etiam periculo nec scisse me quidquam, nec cogitavisse: scribam, quidquid voluisset, cum id mihi ne recitavisset quidem, retulisse, prudentia, & cum rem à me non insipienter excogitatum quidem putes. Nam & Volusii liberandi meum fuit consilium: & ut multa tam gravis Valerianis prædibus, ipsique T. Mario depelleretur, à me inita ratio est: quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudant: & si verum scire vis, hoc uni scribæ meo intellexi non nimum placere. Sed ego putavi esse viri boni, cum populus suum servaret, consulere fortassis tot vel amicorum, vel civium. Nam de Lucrejo est ita actum, ut auctore Cn. Pompejo, in pecunia in fano poneretur. id ego agnovi meo iusto esse factum, qua pecunia Pompejus est usus, & ut tua, quam tum deposuerat Sestius. Sed hæc ad te nihil intelligo pertinere. Illud me non animadvertisse, molestè ferrem, ut adscriberem, te in fano pecuniam iusto meo deposuisse, nisi ista pecunia gravissimis esset, certissimisque monumentis testata, cui data, quo senatusconsulto, quibus tuis, quibus meis litteris P. Sestio tradita esset. Quæ cum viderem tot vestigiis impressa, ut in his errari non posset: non adscripsi id, quod tua nihil referebat. Ego tamen adscripsisse mallem, quum id te video desiderare. Sicut scribis tibi id esse referendum, idem ipse sentio, neque in eo quidquam à meis rationibus discrepabunt. Adde enim tu, meo iusto: 7 quod ego quidem non addidi: nec causa est, cur negem: nec, si esset, & tu nolles, negarem. Nam de n. s. nongentis milibus, certe ita relatum est, ut tu, si frater tuus referri voluit. Sed, si quid est (8 cum de logio parum gratiosum est) quod ego in rationibus referendis etiam nunc corrigere possim: de eo mihi, cum senatusconsulto non fuit usus, quid per leges liceat, considerandum est. 9 te certe in pecunia exacta ita afferre ex meis rationibus relatis non oportuit, nisi quid me fallit: sunt enim alii peritiores. Illud cave dubites, quin ego omnia faciam, quæ interesse tua, aut etiam velle te existimem, si illo modo facere possim. Quod scribis de beneficiis: scito à me & tribunos militaris, & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse. In quo quidem ratio me fecellit. liberum enim mihi

Zz 5

tempus

1. Sed tibi tibi tantum, quantum me tribuisse nunquam me poenitebit.] Auctores, sunt provocabulo tibi Pall. prim. quart. quintus, editioque Victorii: & posteriore me, Vatic. Medicæus atque editio Victoriana.
2. Cui potius id negotii darem quam darem.] Per nos vacua potius sit hæc Ciceroni lacuna, quam ut impleatur aliorum pluvia ac sordida aqua: sic autem est in Pal. pr. ac Vaticano. nam Pall. quartus ac prima editio: cui potius id negotii darem quam tibi, sic & Pal. quint. nisi quod id negotium. Lambinus tamen emendat non habui cui potius id negotii darem illud q. vulgo: cui potius id negotii darem, quam scriba me. Vnde facit H. Stephanus emendationem quod non dicam quale sit. Panthagathus vero referent Vesinos; non habui cui potius id negotii darem quam darem illud, &c.
3. Rationes confectas & consolidatas deponeremus.] Sic Pal. quint. unus Maffei, omnes denique Lambini. Quid sit autem consolidare rationes, suggerit Aconius in III. Verrinam; ad verbum quadratur. Quadraturus in quibus) solida facta fuerit, ne neque plus quidquam, neque minus inveniat in summa. Vbi cum ratio sua frange est, difficile est severa detrahi quadraturus quadraturus vel solida ferri, quin minus aut plus aliquid reperiat. Victorius consolatur, ex Med. Pal. pr. seltus, quart. consolatur; alii consolatur vel castigatur habent.
4. Cum rem à me non insipienter excogitatum, nec cogitatum quidem putes.] Libu't amplècti emendationem Victorii tanto opere laudaram ac probatam Lambino, eo magis, quod cum Medico codice congruant Pall. vici, Veneta editio princeps: cum rem à me non insipienter excogitatum quidem putes. Veneti doinde ediderunt; cum rem à me non insipienter excogitatum putes. Vulgata tamen lectio etiam Lambino tolerabilis videbatur, cum rem à me non insipienter excogitatum, nec cogitatum quidem putes.

5. Non de Lucrejo est ita actum.] Scaliger ad Carullum Lucello, quod nullo libi reperio, & puto verum non esse. alii Lucretio alii Loge.
6. Ut iniquam tum deposuerat Sestius.] Sic habet castigatissimus Pall. primus, quart. quam tua tamen quam deposuerat Sest. quint. tua tamen quam deposuerat Sestius. Alia quam tum deposuerat in tua.
7. Quod ego quidem non addidi.] Est & Palat. quinto, Vaticano, editio Victorii; nec longè abeunt reliqui duo; repræsentant meos, quod ego qui non addidi. Anton. Augustinus; quod ego tamen non addidi: nostra omnino melior ac Cicerone dignior, licet eam vel decem Vrsini carpant. Vulgò quod ego nunquam addidi.
8. Cum de logio parum gratiosum est.] Mirum agitur locus, quem compositum vult Scaliger, & in eo mirè alius fastidit, Lucello pro logio rependo. Nos ut in his Cimmericis nihil post alios cernere possumus ita nihil temerariè fecisse videri volumus. habebat Medicæus: quam de Logio parum gratiosum est. Ex quo emendat Egnatius, quando de Lucrejo parum gratiosum est. Pal. primus, quem non inferiorem bonitate Medicæus perimat, quomodo de logio parum gratiosum est: alii: quando de logio parum gratiosum est. Alii: quando de logio parum ratum visum est: Eligat inde quod quisque velit: Ego cum Claudiano, navabo operam, ne eximium simulanda vultus acerbis.
9. Te certe in pecunia exacta afferre.] Nullum mihi fore periculum iudicavi si sequeretur Victorii editionem; & à vulgata una litera discederem; illa enim afferre. Ceterum Politiani liber; te pecunia exacta ista, cum in Pall. quarto ac quinto refert; te certe in pecunia exacta ista referes, nec multum dissentiant Lambiniani ac Medicæi, ut notat Egnat. te certe in pecunia exacta ista referes, unde Dionysius ille nimis libere fecit, te certe pecunia abe et agnita tantum referes.

tempus ad eos deferendos existimabam dari postea certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulisset. 1 Sane molestè tuli, non illa beneficia tua potius ambitioni reservata esse, quam meæ, qui ambitione nihil uterer. De centurionibus tamen, & de tribunorum militarium contubernibus, res est in integro. genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat. Reliquum est de n. s. centum millibus: de quibus memini mihi à te Myrina litteras esse allatas, non mei errati, sed tui: in quo peccatum videbatur esse, si modò erat fratris tui, & Tullii. Sed cum id corrigi non posset, quoddam jam depositis rationibus, ex provincia decessimus: credo me quidem tibi pro animi mei voluntate, proque ea spe facultatum, quam tum habebamus, quam humanissime poterim, rescriptis. Sed neque tum me humanitate litterarum mearum obligatum puto, neque tuam hodie epistolam de n. s. centum sic accepisse, ut si accipiunt quibus epistola per hæc tempora molestæ sunt. Simul illud cogitare debes, me omnem pecuniam, quæ ad me salvis legibus pervenisset, Ephesi apud publicanos deposuisse: id fuisse n. s. xxxi. millia: eam omnem pecuniam Pompejum abstulisse: quod ego sive æquo animo, sive iniquo fero: tu de n. s. centum æquo animo ferre debes, & existimare eo minus ad te vel de tuis cibariis, vel de mea liberalitate pervenisse. Quod si mihi expensa ista n. s. centum tulisses, tamen, quæ tua est suavitas, quique in me amor, nolles à me hoc tempore estimationem accipere. nam numeratum si cuperem, non erat. Sed hæc jocosum me putato, ut ego te existimo. Ego tamen, cum Tullius rure redierit, mittam eum ad te, si quid ad rem putabis pertinere. Hanc epistolam cur non scindi velim, causa nulla est. Vale.

ARG. De statu republica miserrimo ac penè oppresso.
M. T. C. S. D. 2 L. MESCINIO.

21 **G**RATÆ mihi tuæ litteræ fuerunt: ex quibus intellexi, quod etiam sine litteris arbitrabar, te summa cupiditate affectum esse videndi mei: quod ego ita libenter accipio, ut tamen tibi non concedam. nam tecum esse, 3 ita mihi omnia, quæ opto, contingant, ut vehementer velim. 4 Ut enim cum esset major & virorum, & civium bonorum, & jucundorum hominum, & amantium mei copia: tamen erat nemo quibuscum essem libentius quam tecum: & pauci quibuscum essem æquè libenter, hoc verò tempore, cum alii interierint, alii absint, alii mutati voluntate sint: unum, mediis fidius, tecum diem libentius posuerim, quam hoc omne tempus cum plerisque eorum, quibuscum vivo necessariò. Noli enim existimare, mihi solitudinem non jucundiorum esse, qua tamen

ipsa uti non licet, quam sermones eorum, qui frequentant domum meam, excepto uno, aut summum altero, itaque utor eodem perfugio, quo tibi utendum censeo, litterulis nostris: præterea conscientia etiam consiliorum meorum. Ego enim is sum, quemadmodum tu facillimè potes existimare, qui nihil umquam mea potius, quam meorum civium causa fecerim: cui nisi invidisset, quem tu numquam amasti: (me enim amabas) & ipse beatus esset, & omnes boni. Ego sum, & qui nullius vim plus valere volui, quam honestum otium: idemque, cum illa ipsa arma, quæ semper timebam, plus posse sensi, quam illum consensum bonorum, quem ego idem effeceram: quævis tuta conditio pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare. Sed & hæc, & multa alia coram brevi tempore licebit. Neque me tamen ulla res alia Romæ tenet, nisi expectatio rerum Africanarum. videtur enim mihi res in propinquum adducta discrimen. Puto autem mea non nihil interesse: (quamquam id ipsum, quid interest, non sanè intelligo) verumtamen, quicquid illinc nuntiatum sit, & non longè abesse à consiliis amicorum. Est enim res jam in eum locum adducta, ut, quamquam multum interit inter eorum causas, qui dimicant, tamen inter victorias non multum interfuturum putem. Sed planè animus, qui dubiis rebus forsitan fuerit infirmior, desperatis confirmatus est multum: quem etiam tuæ superiores litteræ confirmarunt: quibus intellexi, quam fortiter injuriam ferres: juvenique me, tibi cum summam humanitatem, tum etiam tuas litteras profuisse. Verum enim scribam: teneriore mihi animo videbare: sicut omnes ferè. qui vita ingenua, in beatâ civitate & in liberâ viximus. SED, V T I L L A secunda moderatè tulimus: sic hanc non solum adversam, sed funditus everfam fortunam fortiter ferre debemus: ut hoc saltem in maximis malis boni consequamur, V T MORTEM QUAM ETIAM beati contemnere debeamus, propterea quod nullum sensum esset habitura, nunc sic affecti, non modò contemnere debeamus, sed etiam optare. Tu, si me diligis fructu isto otio, tibi que persuade, 7 P R A E T E R C Y L P A M A C P E C C A T V M, qua semper caruisti, & carebis, homini accidere nihil posse, quod sit horribile, aut pertimescendum. Ego, si videbitur rectè fieri posse, ad te veniam brevi: si quid acciderit, ut mutandum consilium sit: te certior faciam statim. Tu ita fac cupidus mei videndi sis, ut istinc te ne moveas tam infirma valetudine, nisi ex me prius quæsieris per litteras, quid te velim facere. Me velim, ut facis, diligas, vilitudineque tuæ & tranquillitati animi servias.

M. TUL-

1. Sane molestè tuli, non illa beneficia tua potius ambitioni reservata esse, etc.] Per ambitionem, intelligit gratiam & studii demonstrationem in clientes. Significat ergo se facile pati potuisse, ut hanc apud delatos gratiam iniret Rufus, quam ipse deserendo non sit secutus gratiam, sed morem & veritatem & merita. Illud haud protritum: qui ambitione uterret. Sic Plautus Trinummus: *Apote te, amor, non placeat nihil te uter.* Vbi pro accipere, &c. *Grav. de Selt pap. 560.*

2. L. MESCINIO.] Ita Pal. pr. quint.; & alius vetus codex: nec longè abicit Victorius cum suo *Mescinio*, vulgo *Mescinio*.

3. Ita mihi omnia, quæ opto, contingant.] Securus sum & hic editionem Victorii præterente tamen Larabino & eandem in suam admittente. vulgo: *Ita mihi commoda omnia, quæ opto, contingant:* cum Pall. pr. sec. quart. quint. habet *Stevvech.* & *Gruterianus*; *Ita mihi commoda* (quart. quint. commoda mihi) omnia quæ opto. His omnibus puto melius Pal. tert. *Ita mihi coram omnia, quæ opto, contingant.* Nam inde scaturit illud commoda. Nam & commoda & commoda addi tamen est, ut etiam post Ep. 3. fin. Te omnia additum est in 5.

4. Ut enim cum esset major.] Licet hic Tulliani isti Simii reclamet, tamen hanc lectionem addicentibus eam omnibus mis. vindicavi Cicero nostro, cui post Victorium in his Epistolis (fascinum abominor & lividam mentem) plurimum omnium bene fecimus: Sic autem habent Pall. o. Grut. editio prima ac Victorii. Alii *strenui*.

5. Qui nullius vim plus valere volui.] Si penes me stare, abjecerem cum Pall. sec. illo dicitur ut minimè necessarium, itaque absentia plus elegantis reliquitur. Quod autem legit Lambinus *Ego sum is, qui, &c.* in nullo Palatinorum codicum reperi, nisi quod eandem lectionem ex *Stevvech.* notet Guelielmus.

6. Non longè abesse à consiliis amicorum.] Pyrrhonica Lambinus occupavit hesitatio de verbulo *velim*: ac ego idem Stoica constantia tollo, ex Pall. omnibus; Gruteriano; Vaticano; editione Victorii; sicut & paulò statim provocabulum *esse*.

7. Præter culpam ac peccatum, quæ semper caruisti.] Sic est in Pall. quatuor Grut. Vaticano, editione prima ac Victorii Pall. Tert. *culpam ac peccatum quæ, malè, vulgo, quæ.*